



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gaudium Orbis Universi. Sive Lætitia Generis Humani.  
Augustissima Cælestium, Terrestrium, & Infernorum  
Regina, Deipara Virgo, Maria, Ex Qua Per Benedictum  
Fructum Ventris Ejus Post tot Myriades ...**

**Schmucker, Mathias**

**Glacii, 1689**

Joachimus Camerarius ibid. Emblem. XXXV. Lemma. Intacta Virtus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38142**

RICHARDUS à S. LAURENTIO

*de laudib' B. V. M. lib 12.*

**A**urus quæ dicitur à verbo laudis, quia antiqui-  
tùs ex ea cum laudibus Victorum capita corona-  
bantur; MARIA enim Propugnatorem nostrum ad  
salvandum, scilicet Filium Dei, coronavit in Incarna-  
tione, diademate gloriæ carnis. Cantic. 3. Egredimi-  
ni Filix Sion, & videte Regem Salomonem in diade-  
mate, quo coronavit eum Mater sua; nec solummo-  
do Christum coronavit, imò & ipsa corona nostra est:  
unde & dicitur ei: Isa. 62. Eris corona gloriæ in manu  
Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Sed ad  
hoc legitimè certandum est & pugnandum, quia non  
coronabitur, nisi legitimè certaverit.

JOACHIMUS CAMERARIUS

*ibid. Emblem. XXXV.*

LEMMA.

INTACTA VIRTUS.

*Sic illæsa malis constat pulcherrima Virtus,  
Laurus ut est diris integra fulminibus.*

**L**aurum custodiæ quoque ac incolumitatis esse sym-  
bolum ex Proclo tradit Pierius. Unde apud vete-  
res tutelæ causâ, fata prope ædes, vel illis affixa fuit:  
quod etiam Ovidius testatur cum dicit: *Postibus angu-  
stis eadem fidissima Custos.* Eamque insuper non lædi à  
fulmine, Plinio etiam adstipulante, *Vetustas credidit.*  
Unde

Unde Tiberius Imperator Romanus, tempestatibus  
 coruscationes nimium expavescens, cælo turbido  
 ream sibi solitus est imponere. Herodianus quoque  
 scribit. lib. 1. in maxima peste, consulentibus Mæcenas  
 Commodum Imperatorem, ob copiam arborum  
 rum in locum, cui nomen Lauretum, secessisse, quod  
 beneficio harum arborum, se à contagio immunum  
 fore speraret.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ

### LEMMA.

Undique Virginea tutus in umbra,

*Martius ut Lauri tutus sedet ales in Umbra*

*Laurea sic Tutum Virginis Umbra tegit.*

**Q**uisquis Deiparam Virginem, cum Richardo  
 S. Laurentio, arbori Lauro contulerit, nam  
 magnum in eius gloriam encomium adjecerit; in  
 dem MARIA illa Laurus est primævi fulminis in  
 varicatores Protoparentes nostros, & totum genus  
 manum ob culpæ reatum, vibrati, libera & immunita  
 quam Spiritus sanctus in sacris litteris sub Alitis  
 ne sæpius præsignatus, & in columbæ specie  
 infedit, &, ut ait S. Anselmus. (a) Spiritus sanctus  
*super eam venit, & virtus Altissimi obumbravit.*

(a) S. Anselmus homil. sup. cap. 4. Luc. Intravit  
 quoddam Castell. Antiphon. Eccl. in feriis Dominici  
 vent: Petr. Berchorius in Repertorio tit. Umbra.